

De merito.

119 Inter sanctos Patriarchas, Deus eorum est iudex, ac discretor, ut isti se facere volunt, tamen multorum mirabilium operator fuit primus, qui habuit potestatem claudendi, & aperiendi Coelum, primus, qui mortuos suscitavit, qui deiecit de Coelo ignem, ter qui in monte Horeb vidit Deum quantum fas est homini, fuit primus, & unicus, qui curru magnifico raptus est in Coelum, qui vocatus ad mysterium Transfigurationis, qui in fine mundi testificante Christo Matth. 18. *resurrexens omnia*. Postquam Christus Dominus dixit multa magna de Joanne-baptista, dicit eum prophetam, & plusquam prophetam, Angelum, nullumque majorem inter tantos mulierum surrexisse, & concludit Christus. *S. vultis re ipere loannes ipse est Elias*. Matth. 11. n. 13. alii legunt. *Si vultis approbare*. Cui tamen inter tot magna Joannis elogia, tamquam ultima clausula ponitur, *si vultis recipere Joannes ipsa est Elias*; ait ibi D. Thomas: *si ponit excellentiam Joannis*. Inter tot præexcellas Joannis laudes, cum hic dicitur *Joannes ut Elias*, hic insigniter nobis ejus excellentia tamquam in compendio proponitur, ac si quid majus fortitudine, propheta, & Angelo dici viduatur. *Qui potest similiter se gloriori tibi*, ut de eo ait Ecclesiast. 48 n. 4. de quo multa dixi opuscul. 3. Refol. 1.

SECTIO IX.

Solvuntur alia argumenta.

120. *Argumentum enim ex imperfectione legis.* Et sit sextum in ordine, & est totum robur exercitatus, & armatus Achilles in hunc modum: *Monachus* - si status perfectissimus, lex vetus exitit valde imperfecta, ergo in ea non fuit talis status, major est certa, consequentia bona, minor probatur ex Paulo Hebr. 7. n. 19. *Nihil ad perfectum ad duxit lex* & ad Galat. 4. n. 3. *Ita nos cum essemus parvuli sub elementis mundi huius eramus*. Ubi tempus legis appellat tempus pueritiae, & infantiae, ut pote imperfectionis.

Relictis multis solutionibus ad argumentum, concedo majorem, & distinguo minorem. Omnia in lege veteri erant imperfecta, quæ erant propria ipsius legis, & à lege veniebant, ut holocausta taurorum, & cæterorum, ut præcepta judicialia, ceremonialia erant imperfecta, concedo minorem, & de his loquitur Paulus citatus; at veto quoad eos, qui erant sub lege esset imperfecta, nego minorem Innocentia Abel, iustitia Noë, qui dicitur *ustus, & perfectus*, fides Abrahæ maxime laudata ab Apostolo, Obedientia Isaac, patientia Job, charitas Moylis sanctificatio Jeremie, contritio Davidi, zelus Eliae erant valde perfecta, & non ea dictabat lex, de qua Paulus loquitur, sed emanabant immediatè à gratia Dei, & ita exponit locum Pauli Benedictus Justinianus ex multis Patribus, & maxime ex Gregor. Nazian. orat. de Machab. ubi sic ait: *Lex nihil de se ad perfectum ad duxit non quod in ea lege non fuerint plurimi valde perfecti, sed propter fidem in Christum, ac eius gratiam.*

122. *Multa valde magis Patribus antiquis collata.* Quod breviter amplifico, deus dedit Patribus antiquis dona valde magna, & perfecta, Martyrii, Charismata Spiritus, donum sapientiae, scientiae, intellectus in tot, & tantis Prophetis cum præclarissimo dono Prophetiae, item donum ininterperationis sermonum, discretio spirituum in Abrahamo, Joseph, Moysè, Davide, Salomone, Daniele, Dedit Deus etiam gratiam, virtutem miraculorum in multis, & magnis prodigijs, ut in Moysè tot, & tantis prodigijs in Aegypto & divisio maris, & Josue detinente cursum Solis, & Ezechia retrahente,

& in Elia, & Elisæo mortuos suscitantibus, & tandem dedit Sacramenta remedium legis natura, ac circumfessionem, quæ cum non causant ex opere operato, ut tenent Alexander, Bonavent. Paludanus, Major, Durandus apud Vasq. disp. 184. & etiam Suares, Azor, Pereira, Barradas, Lorin, Valentia apud Card. Lugo to. de Sacram. disp. 5. n. 4. mihi 86. Qui omnia, non erant à lege, sed immediatè à gratia dei.

123. *Ad confirmationem, quod eramus tanquam parvuli sub elementis*, id est, quod in lege veteri erant tamquam rudes, & imperfecti ac tamquam pueri balbutientes, sic & Paulus de suis discipulis incipientibus in fide ait, *Tanquam parvuli in Christo lac vobis potum dedi, non escam*. 1. Corinth. 3. n. 2.

124. *Septimo argumentatur, si daretur statim Religiosus in lege veteri esset res valde celebris, ac notoria, & de tali statu fieret aliqua mentio in Scriptura, ergo cum non fiat, nullus fuit talis statim, & est quid fictitium.*

125. *Hoc argumentum multa dura involvit, ut bene notat Theophylus Raynaud de Scapulari part. 2. q. 1. §. nimirum, qui communes traditiones reprobat, & scripturas querit, multum favet Calvino, deinde Sacri Apostoli fecerunt tria vota, ut est commune.*

Tres Sacri evangelistæ narrant institutionem divinisimam Eucharistici Sacramenti Matth. 26. v. 26. Marc. 14. n. 26. Luc. 22. n. 16. & nullus explicat quod Christus miscuerit aquam in Calice consecrando, quam re vera miscuit, ut docet Alexander, Papa in Concilio Tribur. c. 19, & etiam nullus Evangelistarum explicat, an Christi consecraverit in pane azymo, vel fermentato, & quo magna exitit controversia inter Græcos, & Latinos, ut pater ex Concilio, florético in *Literis sanctæ unionis*, de quo latè agit noster magn. petrus Corneyo t. 1. tract. 4. disp. 2. art. 4. & Christus D. a sua infantia usque ad annum trigessimū multa magna, & magna est operatus, de quibus nulla in particulari fit mentio in Evangelio, sed tantū quod cum esset duodecim annorum apparuit in templo Luc. 2. n. 2. de quo extant multæ revelationes apud Sanctos patres, & hæc cum non sint scripta in aliquo libro Canonico sunt falsa; nullus hoc dicit, & ad hoc multa alia exempla adduxi opusc. 3. Refol. 3. q. 15. n. 132.

126. *Octavo argumentatur, quod status Religiosus sit perfectissimus, lex evangelica perfectissima, ergo ex Divina providentia talis status pertinet ad legem evangelicam, & ad nullam aliam, Et confirmatur; quia voluntaria paupertas, castitas, & obedientia sunt Consilia evangelica, ergo non fuerunt ante Evangelium.*

127. *Respondet ut dixi supra sect. 2. n. & hic in solutione ad sextum argumentum, quod deus in entitate, & substantia patribus antiquis multa majora dedit quam statum Religiosum, quia deus omnes leges voluit honorare, ut dixi supra n. 110. in omni lege dare proportionata, & efficacia media ad salutem, tamen deus multo liberaliori manu hæc omnia dedit in lege evangelica, & majori, ac excellentiori perfectione, ut ait Christus, *Ego veni, ut vitam habeant, & abundantius habeant*, Joan. 10.*

128. *Ad confirmationem optime respondet Medina 2. 2. quest. 108. art. 4. §. Ut tamen, postquam aliquis imperfectiones legis veteris apponit, subdit,*

Sed

120. Argumentum enim ex imperfectione legis.

Justin. Nazianz.

122. Multa valde magis Patribus antiquis collata.

123.

124.

125.

126.

Corney.

Luc. 2.

127.

128.

Joan. 10.

129.

*Sed non ex hoc inferat Theologus, quod viri justis, & facti in antiqua legis statu non haberent ex instinctu Spiritus Sancti consilia à Deo tum virginitatis tum obedientie, ac etiam paupertatis, qua & animo libenti, & forti amplectebantur.* Non reddere malum pro malo, sed bonum pro malo, & orare pro inimicis, consilium Evangelicum est. Joseph benigne excepit fratres, à quibus venditus est, Moyses instantanter rogavit pro populo, qui ipsum lapidare intendavit. *Aut dimite eis hanc noxam: si non facis dele me de libro tuo* Exod. 32. n. 32. David Saulum, à quo sæpè requisitus fuit ad mortem, custodivit à suis militibus semel in spelunca 2. Reg. 24. n. 17. & iterum in tentorio Regio 1. Reg. 26. n. 9.

130. *Nono argumentatur, & in quo faciunt multam vim: Omnia, ut ait Paulus illis in figura contingebant, ac proinde ille status in Elia erat quædam figura sine ulla realitate, ergo falso assumitur ad probandum verum, & realem statum.* Respondetur, quod illa antiqua licet essent figuræ, tamen in se vere, & propriissimè erant realitates, ut ostendi sect. 2. n. 1. & ita multa adversariorum machina corrui.

131. *Decimo argumentatur: Ad verum statum religiosum requiritur regula, nulla invenitur regula data ab Elia, ergo nulla Religio.* Respondetur, quod ad veram religionem pro regula sufficit observatio votorum trium cum observatione mandatorum Dei. Ita Lessius lib. 2. cap. 41. num. 9. & ex eo Bassus Capucinus 11. Relig. 5. num. 5. Deinde Elias pro regula dedit suis discipulis ejus vitam imitandam cum sua doctrina. Ita docent Joannes Jerosolymit. cap. 1. d. Cyrillus Constantinopol. lib. de processu Ordinis in principio. Trithem de laudibus Carmelitar. cap. 3. & 4. Christus Dominus in sacris Apostolis instituit veram, & perfectissimam Religionem, nullaque aliam regulam eis dedit nisi consilia Evangelica cum exemplo suo sanctissimæ vitæ, & sacri Apostoli magnam Religionem fundarunt in primitiva Ecclesia cum nulla alia, regula, nisi exemplo suæ vitæ quæ eis erat pro regula, & ut notat Theophylus Raynaudus quod D. Antonius, & Hilarius constituerunt religiones, & nullam aliam regulam eis dederunt, nisi exemplum suæ vitæ, & Apostolorum, & sic dicitur: *Capere vivere secundum regulam sub sanctis Apostolis constitutam.* et sunt etiam graves Authores, qui asserunt quod Elias ex instinctu Spiritus Sancti scripsit regulam, ita ex Origene, & multis Rabbini tenet Malveda, doctissim. Hieronymus de Gavara ex sacra Societate Jesu, Caramatus dignif. Minim. General. Et alii, quos adduxi, & citavi opus. 3. Refol. 3. q. 19. n. 170. 171.

132. *Undecimo argumentatur, quod Deus dederit valde magna unum, vel alteri viro vitam puram absque mortali, & ad faciendâ magna miracula v.g. Moyli Josue, Elia, donum sapientiae, ut Salomoni, non tamen illa fuerunt per modum status permanentis, quod requiritur ad statum religiosum Respondetur falsū asserere argumentum nā Deus varios, & multos status permanentes cum magna virtute ac observatâ constituit ac dedit in lege antiq. ut ostendi supra sect. 2. n.*

133. *Duodecimo argumentatur, Opposito exemplo Giezi, qui erat ex filiis Prophetarum, & non habebat castitatem, dixit ei Elisæus ob accepta munera à Naamā: Lepra Naaman adhaereat tibi, & semini tuo usque in sempiternum.* 4. Reg. 5. n. 27. Respondetur quod Giezi non erat ex filiis Prophetarum, sed servus Elisæi, sic dicitur ibi n. 25. *non vis servus tuus*, & n. 20. dixit Giezi puer viri dei ex Hebræo legitur *servus viri Dei*, deinde perfecti habebant tria vota alii minus perfecti unum, vel duo, & ehabita, ut pa-

Theoph.

Malved. Hieron. de Gavara. Caram.

132. De per manen in statu.

133.

De Giezi 4. Reg. 5.

tet ex Jerem. 35. n. 6. habebant tantum obedientiæ, & paupertatis, non verò castitatis votum, de quo dixi Opusc. 3. Refol. 3. q. 3. per totum & in primitiva ecclesia, perfecti faciebant tria vota, minus perfecti unum, vel alterum v.g. Ananias, & Saphira habebant votum paupertatis, non verò castitatis, ut ex communi Patrum sententia dixi supra. Tandem Giezi poterat habere filios antequam esset adscriptus in numero filiorum prophetarum, ut hodie multi viduati habent, & ingrediuntur Religionem.

SECTIO X.

Solvuntur alia quatuor argumenta.

134. *Decimo tertio argumentatur nobis opponendo D. Thomā, qui 3. p. q. 28. art. 4. in corpore ait: Mater Dei non creditur, antequam desponsaretur Joseph, absolute virginitatem vocisse, sed licet eam in desiderio habuerit, super hoc tamen virginitatem suam divino commisit arbitrio; postea vero accepto sponso secundum mores, nota, illius temporis exigebant simul cum eo votum virginitatis emisit.* Ubi sanctus Doctor loquitur non ex propria sententia, sed ex sententiâ aliorum *juxta mores illius temporis*, ut epimit, & ex eo magis patet, quod virgo ante desponsationem absolute non emiserit votum, cum cōtraria sententia sit verissima eamque multis in locis doceat D. Thomas, nepe, quod ipsa sanctissima Virgo à sua infantia ante desponsationem fecit votum perfectissimum, & absolutum virginitatis habita revelatione à Deo, quod in omni casu & eventu custodienda erat à Deo. Ita tenent Principes Thomistæ Sotus in 4. dist. 30. q. 2. art. 1. ad primū Albert. Magn. de laudibus Mariæ, Paludā. Cajet. & alii multi quocitat, ac sequuntur Suar. 2. ad 3. p. disp. 1. 2. 4. c. 4. n. 46

135. *Imo D. Thomas multis in locis nostræ sententiæ favet nam 2. 2. q. 187. art. 2. exemplo Elisæi probat Religiosum licitum esse adire palatia, & tractare negotia secularia, & eadem q. art. 6. querens an liceat Religiosis uti vestibus vilioribus, affirmativè respondet eū loco Pauli Hebr. 11. *Circuierunt in melioribus*, & c. in quo loco juxta ipsū Angelicum doctorem in suo commentario intelligitur Elias, & Elisæus, si vero in aliquibus locis viderit innuere Christū esse Authorem status Religiosi, intelligendum esse, ut causam exemplarem, finalem, & cum tota sua perfectione, ac modo.*

136. *Decimo quarto arguit ad veram constituendam Religionem requiritur approbatio superioris eū potestate clavium, sed hæc tunc non dabatur, ergo nec vera Religio, nā ad veram religionem requiritur traditio personæ, acceptatio ex parte Dei, hæc autē acceptatio ex parte Dei nemo potest habere nisi per cōmissionem ipsius Dei, quæ facta est Ecclesiæ.*

137. *Respondet nos loqui non post Canonicas sanctiones factas in Concilio Lateranensi sub Innocentio III. & Lugdunensi sub Gregorio X. sed antea quādo licitū erat Episcopis religiones approbare quod poterat fieri duobus modis per actū positivū vel negativum, videlicet cōsentiendo, & non repugnando, quod sufficiens est ad approbationem religionis, ut latè probat Basilius de Leone. Citato D. Tho. Bellarm. Mediu. Sanch. Azor. & aliis & idem tenet Castro Pallaus, ut latè ex multis aliis ostēdi opusc. 1. Refol. 3. q. 16. n. 140. 141. & 142.*

138. *In populo autē Hebræo, idē poterat facere Pontifex ad quæ spectabat discernere causas pertinetes ad mores, & religionem juxta neut. 17. n. 8. ubi dicitur. *Si difficile, & ambiguum apud te iudicium per spexeris, ascende ad locum, veniesque ad Sacerdotes**

D. Tho.

Sotus, Albert. Magn. Suar. Paludan. Galet.

Hebr. 11.

136.

137.

138.

Deut. 17.

Malach.

Malach. 2. n. 7. Labia Sacerdotum custodient scientiam, & legem requirent ex ore ejus.

139.

Arguunt decimoquinto quod nos non habemus veram successionem hereditariam ab Elia, sed tantum per denominationem, ac imitationem;

Oratio Ecclesie.

Sanctiss. Virgo Maria Carmelitarum Clypeus hoc destruit argumentum, ac totaliter dissipat per suas apparatus authenticas;

141.

Decimoquinto nobis opponunt D. Hieronym. qui in vita S. Hilarionis ait, quod in Palestina ante Hilarionem nullum erat Monasterium,

142.

Arguunt decimo-sexto: Si Religio Carmelitana est tam antiqua, quomodo inter mendicantes ponitur in ultimo loco, tam in Capella Papae, quam in Diplomatum Apostolicis.

143.

Ad hanc difficultatem late respondi Opuscul. 3. resol. 2. q. 6. per totum cum tribus solutionibus, nunc breviter respondeo addendo, quod Religio Carmelitana semper gaudet praerogativa antiquitatis.

144.

Tamen, qui prior est tempore de Regul. iuris in 6. & juxta haec refert Prosperus Patanus utriusque signaturae Apostolicae referendarius ad cap. 10 de Majoritate, & obedientia n. 22. Delata est ad Congregationem Concilii controversia inter Dominicanos Franciscanos, Augustinianos, Carmelitanos, sumpta fuerunt informationes, & repertum consuetudine inolevisse, & observatum semper fuisse, ut ea

Religio, quo prius in loco habet Monasterium, illa precedat, quam consuetudinem Sanctissimus iussit observari, & nihil innovari, secundum hoc postea edita Gregor. fuit constitutio ab eodem Gregorio XIII. incipiens Expasit 15. Julii. 1583.

Quia definitum est inter Mendicantes, nec non inter Confraternitates Christi fidelium in processibus, tam publicis, quam privatis hi procedere debeant, qui sunt quasi in possessione precedentia, quod de quasi possessione huiusmodi non constat inter fratres quidem Mendicantes, praecedere debent illi, qui antiquiores in loco controversae, inter confraternitates vero inter se litigantes, qui prius sacris usi sunt.

Cum autem nostra Sacra Religio suum exordium habuisset in Syria, & nostri religiosi multis impugnationibus, ac persecutionibus sustinissent a Mauris, & transiissent in Europam, ubi Ordo erat ignotus inde novae contradictiones, ac adversitates contra eos insurrexerunt, maxime cum tunc florent magni fratrius illustrissimae familiae Dominicanae, & Franciscanae & omnium corda ad se atraherent, & nostri religiosi advenissent ex Syria & ex deserto tot; tantisque molestiis vexati contentiones evitantes praesua humilitate, ac modestia in qualibet loco se se accommodarunt, nemini molestiam inferentes, ut eos a suis prioribus locis amoverent.

Certi amen de sua praerogativa, ac nobilitate quod in qualibet loco, sive primo, sive secundo primatus excellentiae ad eos pertinebat. In primo tertio molimine tertia de dixit Deus, Germinet terra herbam viventem, & facientem semen, lignum pomiferum, lignumque faciens fructum, Genes. 1. n. 11. Maxime addubitant D. Ambrosius lib. 3. Hexamer. c. 7. P. Athanasius Sinaita lib. 1. Hexam. Cur Deus prius terram exornavit floribus, rosas, herbis, lantibus quam Caelum suis praestantissimis luminaribus ac stellis, videtur Caelo injuriam inferri, quod terra primas habeat, Caelum vero secundum obtineat locum, cum tamen sit Caelum terra antiquius, In principio creavit Deus Caelum, & terram. Tamen in hoc nullam patitur injuriam caelum de sua nobilitate valde securum; nam in quocumque loco scribatur semper est Caelum lucidum, ac resplendens suaque influentia ac rore fecundans terram parturire faciens, ac creans cuncta, quae germinat. Vide quae dixi de hac re Opuscul. 3. resol. 2. q. 6. & maxime n. 6. ad illa verba psal. 73. n. 16. Tu fabricatus es Auroram, & solem.

SECTIO XI.

Explicatur differentia inter vota legis novae ac veteris, & magis explicatur nostra sententia.

Religio est status tendens ad perfectionem per tria vota Obedientiae, Paupertatis, & Castitatis, & quamvis in aliquibus Religionibus antiquis & modo etiam, ut Divi Benedicti solum exprimitur Obedientia, sub illa cetera includuntur Haec autem differentia, quae datur inter vota legis gratiae, & veteris jam explicavi Opuscul. 3. resol. 2. q. 6. & ea quae ibi dixi videntur respicere solennitatem voti, quae introducta est ab Ecclesia, ideo aliter rem modo explicio.

Votum dupliciter edi potest, vel ore verbis pro-

Votum si etiam per internum affectum immobilitatis.

D. Aug. Cap. Sancta Maria.

D. Greg.

D. Fulg.

150.

Vvald.

Ex Patri-

bus.

151.

152.

Joannes Baptista.

153.

154.

155.

156.

157.

158.

159.

160.

latis, v. g. Voveo, vel promitto Deo, vel per internum affectum cordis, seu animi, quo homo immobiliter per totam vitam Deo consecratur, & dicat, sic tale primum fuit votum Sanctissimae Virginis Mariae, ut ex D. August. dicitur. 2. q. 2. cap. 3. Beata Maria, sic ait Textus, Beata Maria proposuit se servaturam votum Virginitatis in corde, sed ipsum votum Virginitatis non expressit ore, & postea subdit Textus, Et quod corde conceperat, simul cum Viro labiis expressit, & uterque in Virginitate permansit. Et D. Gregorius in Pastoral. p. 3. cap. 22. tractans specialiter de voto Virginitatis, ac S. Joseph, ait, De cretum Ecclesie docet. Lud votum Virginitatis fuisse non solum primum sed prius corde, ac deinde ore professum, imo ab utroque coniuge Joseph, & Maria in initium affectu cordis. D. Fulgentius lib. 2. de fide ad Petrum cap. 3. ait. Quisque se ipsum castravit propter regnum Calorum in corde suo continentiam voveit.

Noster insignis Waldensis tom. 1. Doctrinalis fidei cap. 2. tradit ex Patribus, Quisquis in corde suo continentiam Deo voverit & nubere voluerit, damnationem habebit, quia primum fidem irritam fecit, & postea infra, intelligit hic, quod votum obligat in corde celebratum, & si non sit ore prolatum, sic enim dicit hic Augustinus, quisquis se Deo castraverit, & in corde suo continentiam voverit, &c.

Quod magis explicat ipse doctissimus Waldensis citato lib. art. 2. cap. 17. ait Religio Christi perfecta, est specialis, & stricta regula Charitatis voti solennis emissionis professi, vel equivalenter. Et magis se explicat, Quid autem dicitur esse illud, quod aequivalet voto? Dico quod est immobilitas affectuum tendens in Deum, & talis pro certo fuit Elias, talis etiam erat Joannes Baptista, qui quomodo non voverunt tamen vocaliter aliquam regulam Charitatis habebant tamen instinctu Dei immobilitatem eorum affectuum conversos in Deum & optime pergit ipse explicans, quod ille internus affectus immobilitatis aequivalet voto vocali; quia tota ratio voti vocalis in immobilitate interioris affectus consistit, ergo optime ipsa interior immobilitas, ipse interior affectus aequivalet voto etiam ad Religionem, aliquo externo signo manifesto, ex illi non necessarium.

Ex quo patet, quod optimo jure à Sanctis Patribus, & Doctoribus dicitur quod Joannes Baptista fuerit Monachus ac Religiosus habens votum castitatis per immobilem affectum per totam vitam, qua se dedicavit, ac consecravit in perpetuo Celibatu, cum summa obedientia adimplente suam legationem ostendens Christum verum Deum, in summa paupertate de pellibus Camelorum, Matth. 3. n. 4. Nec obsistat, quod aliqui objecerunt, quod ad vota Religiosa requiritur acceptatio, quae maxime, & insigniter datur in operibus Joannis, quae maxime fuerunt accepta, grata, ac per jucunda Christo, & ideo ab eo mirifice laudantur, ut Angelus, Propheta, pluraquam Propheta nullus major inter natos mulierum, Matth. 11. n. 11.

Unde agens de Joanne Baptista, ac D. Paulo primo Eremita ait Suar. tom. 4. de Relig. tract. 9. lib. 1. cap. 1. n. 12. fuisse Religiosos apud Deum altiori ratione specialiter approbata, peculiariter Spiritus Sancti instinctu, quod etiam videtur significare D. Thomas 2. 2. q. 188. art. 8. unde dicere possumus in eis fuisse statum Religiosum quasi eminenter per abundantiam gratiae confirmantis illos quasi immobiliter in tali vivendi modo.

Et talis professor fuit Elias; nam per internum affectum & immobilem se Deo dedicavit, ac consecravit cum summa obedientia, qua se dicebat in

conspetu Dei ad obediendum ejus mandatis; unde Reges non timuit, tyrā nos prostravit, & potentes dejecit de lectulo suo. Cum summa paupertate, & absque alicujus coitus laebe. Unde pro nostra sententia stat efficax confirmatio; negari enim non potest, quod in Elia extiterit ille affectus immobilis per totam vitam cum obedientia, paupertate, & castitate, ac proinde cum voto, nam ille affectus interior aequivalet voto, ab interiori enim affectu votum totum suum valorem desumit.

Similiter Elias vocatus ab Elia statim intimo, ac immobili affectu se dedicavit, ac consecravit Deo per obedientiam, & secutus est Eliam, qui ut ultimum vale diceret suis parentibus postulat facultatem, Osculer oro Patrem meum, 3. Reg. 19. n. 20. cum extrema paupertate sic dicitur, Relictis bobus cucurrit post Eliam, n. 20. ad gustum illius Apostolorum, Relictis omnibus secutus est eum, Matth. 4. n. 20. cum singulari castitate, ideo in diffinita de patre, & matre facit mentionem, non vero de uxore quam non habebat, ut notant Abulens. Lyran. & alii Commentatores; Hinc in suo officio nostra capit Ecclesia, Elias namque virgo plane permanens.

Sic & filii Prophetarum immobili, ac pleno spiritu repleti videntes, quod spiritu Eliae requievissent in Elia in signum obedientiae prae in terram eum adoraverunt, quorum tanta erat paupertas, quod cum locus habitationis esset angustus pro eorum multitudine postulant facultatem, Eunus usque Jordanem, & tollant singuli de sylva materias singulas, ut edificemus nobis locum, Reg. 6. n. 2. Non vocant operarios; quia non habebant pecuniam, ut solverent, & ferrum ad hoc ministerium erat mutatum, cum cecidisset in aqua maxime dolebat, quia non habebat unde solveret; multa etiam in eis erat castitas, nullum cum mulieribus commercium.

Ex his omnibus constat cap. Sancta Maria. D. August. d. Greg. d. Fulgent. Waldens. quod communiter in antiqua lege votum fiebat per intrinsecum affectum immobilem, ut patet in Sacratissima Virgine Maria, S. Joseph, S. Joanne Baptista, S. Elia, Eliaeo, Filiis Prophetarum, & cum efficacia voti consistat in illo affectu interiori, ab illoque desumat totam obligandi vim, talem obligationem inducebat, ut dicunt D. August. & Waldens. tamen prout spectabat ad statum Religionis; ille affectus interior aliquo exteriori signo erat manifestandus, v. g. obedientia, paupertate.

Tamen in Lege gratiae pro majori perfectione ceperunt vota labiis externis manifestari, quorum dux, & Magistra fuit Sanctissima Virgo Maria cum suo Sponsio Joseph, ut colligitur ex citato c. Sancta Maria ubi dicitur, Quod Virgo corde conceperat, simul cum viro, labiis expressit, & uterque in virginitate permansit. Unde antiquitas erat consuetudo, ut Virgines Deo se consecrantes dicerent, Ego in nomine Mariae promitto castitatem, ut ex D. Athanasio, Epiphano Abulensi Waldensi, Canisio tradunt Petrus Morales in cap. 4. Matth. lib. 2. tract. 6. n. 12. daniel à Virgine Maria Vineae Carmel. n. 234.

Cum hoc tamen fiat, quod quamvis in Lege veteri communis modus vovendi extiterit per actum internum immobilem, tamen aliquando fieret in uno, vel altero per actum externum, sicut in Lege gratiae vota sunt ore, & labiis, ab aliquo tamen, ut à D. Paulo primo Eremita fierent per internum affectum.

Secunda differentia. Illa antiqua vota causabant gratiam

Elias cum voto.

155.

3. Reg. 19.

Math. 4.

Abulens.

Lyran.

Michaël.

Munros.

Filii Prophetarum.

4. Reg. 6.

157.

n. Aug.

d. Greg.

d. Fulg.

Vvald.

Cap. Sancta Maria.

159.

158.

Morales

daniel.

160.